



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catechesis Pverilis

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1543

VD16 M 2628

Est ne usura, Reditus habere emptos in aliquo certo fundo fructificante, ut
suprà dictum est?

urn:nbn:de:hbz:466:1-33561

Est ne usura, Reditus habere emptos in aliquo certo fundo fructificante, ut supra dictum est?

Respondeo, Non est usura, quia ille contractus non est mutuatio, sed uera emptio. Concurrunt enim ibi substantialia emptio nis, merx, precium et consensus. Merx est ius seu seruitus in illo fundo fructificante. Atque hinc facile potest iudicari, quando sit uera emptio, scilicet cum subest merci aliquid corpus, quo corpore pereunte, reditus periret. Item in mutatione is qui dedit mutuo, retinet ius repetendae sortis. Sed is qui emit reditum in alienis bonis, non habet ius repetendae pecuniae. Ergo ille contractus non est mutuatio.

De eo quod interest,
Est ne usura soluere id
quod interest?

Respondeo, Id quod interest, omnino differt ab usuris. Nam id quod interest, debetur etiam sine pacto, et tunc habet locum, cum aliquis alteri dedit efficacem caussam damni, ut si quis promisisset se soluturum esse ad Calend. Maij, et illo non soluente ego damno aliquo